iuribusque eiusdem in partem victis bonis quibus opus fuerit satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante. Et hic eadem coram officio et actis praesentibus Generosa Catherina de Orzechowcze relicta olim Generosi Andreae Siemuszowski personaliter stans a iurisdictione sua quavis competenti recedens et se iurisdictioni praedicti nunc et pro tunc subiiciens recognovit. Quia super inscriptionem praesentem consensit praesensque consentit eandemque in omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis approbat confirmat et ratificat ac pro rato et grato habuit.

Roskowsczy arendant Skoruta

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobiles Rafael et Christophorus Roskowsczy fratres germani mente et corpore sani exemptique a terrestris dictis iuribusque suis quibusvis propriis recedentes seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi quoad actum praesentem incorporantes et subiicientes publice recognoverunt. Quia bona tenutae suae videlicet villam Borszowicze quam habent a Generoso Georgio Skoruta in summa mille et quinquaginta florenorum partim in actis praesentibus partim terrestribus Premisliensibus obligatam et in possessionem traditam cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis utilitatibus nihil eidem Generoso Georgio Skoruta et illius successoribus ad festum conversionis Sancti Pauli apostoli in anno sequenti venturo pro summa certa pecuniae iam ab ipso percepta de qua ipsi ipsum eundem Georgium quietant arendaverunt et modo arendae inscripserunt. Dantque et admittunt eidem iam exnunc in bona praefata realem intromissionem et actualem possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque. Et hic idem praefatus Georgius Skoruta coram officio et actis praesentibus personaliter stans a iure foro suis propriis quibusvis recedens recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae tenebit habebit et possidebit ad decursum praefati temporis. Post expirationem vero arendae praefata bona eadem libere dimittet in qua praefati Roskowsczy inquietabunt et nullam per se violentiam facient. Cui inquietationi praefatus Georgius Skoruta cum suis successoribus contradicere non debebit sub vadio in originali inscriptione contento.

Skoruta arendat Siemuszowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Generosus Georgius Skoruta mente et corpore sanus exemptus a iurisdictione sua quavis competenti recedens seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praedicti castrensis Premisliensis quoad actum praesentem incorporans publice recognovit. Quia bona tenutae suae videlicet villam Krzeczowa quam habet a Generoso Kiliano Siemuszowski mille ducentorum quadraginta florenorum partim actis praesentibus partim terrestribus Premisliensibus obligat et inscripsit cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis fructibus proventibus utilitatibusque omnibus nihil excipiendo eidem Generoso Kiliano Siemuszowski et suis successoribus ad festum conversionis Sancti Pauli apostoli in anno sequenti proxime venturum pro summa certa pecuniae iam ab ipso percepta de qua praesentibus eundem quietat arendavit et modo arendae inscripsit. Datque et admittit eidem iam exnunc in bona praefata realem intromissionem et actualem possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque. Et hic idem praefatus Kilianus Siemuszowski coram officio et actis praesentibus personaliter stans a iurisdictione sua quavis competenti recedens recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae tenebit habebit et possidebit ad decursum praefati temporis. Post expirationem vero arendae praefata bona eadem libere dimittet in qua praefatus Georgius Skoruta inquietabit et nullam per se violentiam faciet. Cui inquietationi praefatus Kilianus Siemuszowski cum suis successoribus contradicere non debebit sub vadio in originali inscriptione contento.

Nowosiczski quietat Czermienski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Andreas Nowosiczski mente et corpore sanus exemptus a iure foro suis propriis quibusvis recedens seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi quoad infrascripta tantum attinet incorporans et subiiciens publice expresseque recognovit. Quia a Nobili Laurentio Czermienski centum florenos pecuniae currentis monetae polonicalis nomine Nobilis Annae Czermienska virginis sororis eiusdem Laurentii germanae actis terrestribus Premisliensibus modo quocunque inscriptos realiter et in effectu recepit et manualiter levavit. De qua percepta summa praefatus Nowosiczski eundem Laurentium Czermienski quietat et liberum facit. Quae tandem summa centum florenorum pecuniae eidem Annae Czermienska est in domo certa Premisliensi existente dicta Ormianczikowski inscripta. Nihilominus tamen praedictus Andreas Nowosiczski se et successores suos super omnibus bonis suis obligat ac in manus praefati Laurentii Czermienski et